



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

IV. De libris prohibitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Concilii Tridentini decimas revidendi, ac in statu & terminis in quibus ante praedictas sententias & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, recurrendi, sineque debito terminandi, prout in aliis causis pendens eorum facultates sit, fieri; potest, & conuenit: Et in super vestigijs felic. rec. Pauli Papae IV. praedecessoris nostri inharendo Constitutionem alias contra haereticos & schismaticos per eundem Paulum praedecessorem, sub data videlicet Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, 15. Cal. Martii, Pontificatus sui anno quarto editam, tenore praesentium renovamus, & etiam confirmamus, illamque inuoluntate, & ad unguem observari volumus & mandamus, iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus & singulis praedictis censuris, ac ita per praedictos & quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus & declaramus.

TITVLVS IV.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

Iulius Tertius.

Hebraeorum utrumq; Thalmud, multis partibus, commentis, & blasphemis in Christum & fidem Christianam repletum, damnatur.

CAP. I.

Iulius Papa III. universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectissimis aliis locorum ordinariis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accipimus, licet alias venerabiles fratres nostri sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales haereticae pravitatis in universa republica Christiana Inquisitores generales certum Hebraeorum librorum volumina, Genethoth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem divinam, orthodoxamque fidem offendenda continens, de mandato nostro damnaverint, & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebraeos adhuc esse dicantur diversi libri, diversas contra Christum Redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen & honorem blasphemias & ignominias continentes. Nos in praemissis opportune providere volentes, vobis, & vestram cuilibet per praesentes committimus & mandamus, quatenus singulis universitatibus Hebraeorum infra limites jurisdictionis vestrae consistentibus ex parte nostra intimeris & notificetis, quod elapsis quatuor mensibus a die intimationis & notificationis huiusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu Salvatoris nostri, quod Iesui hanaozri dicitur, cum blasphemiam aut alias ignominiosas nominatur, tam in eorum Synagogis & locis publicis, quam privatis domibus, & alias ubiq; locorum diligentissime requirantur, & quilibet librorum huiusmodi penes se, quoquo modo habere reperi fuerint, debitis penis, tam pecuniariis & confiscationis honorum, quam si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam ultimi supplicii, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eidem quatuor mensibus elapsis per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiosè investigetis, inquit; & investigari faciatis, & eos quos

a. Libro Thalmud, ut omnia contumelia & blasphemias genere repleto in veritatem Christianam, damnant Gregorius IX. & Innocentius IV. & exuri mandantur, propterea quod multi & horrendis haereticis, fateret. Veritatem hodie recognovit & expurgavit Tridentini Concilii decreto volentibus.

libros huiusmodi penes se habere reperiitis, penis quibus apostatantes praefati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eisdem Hebraeos (qui in memoriam passionis Dominicae a sanctae matris Ecclesiae tolerantur, ut aliquando mansuetudine nostra alleciti ad verum Christi lumen divino afflante spiritu, convertantur) a quibusvis etiam Apostolica auctoritate fungentibus, occasione cuiusvis fortis librorum apud eos existentium (dummodo blasphemiam, ut praefertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quolibet & rebelles, ac vobis in praemissis non parentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia oportuna iuris remedia, appellatione postposita, compellendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & penas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romae 29. Maji, Anno 1554.

Idem.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur haereticorum librorum lectio.

CAP. II.

Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, ut fides catholica ubique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quae omnia ea de declinandi occasio tollatur. Sanè cum sicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quae aliquibus ut libros haereticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere & legere possent, aliquando concessa fuerunt, non iam qui sperabantur fructus haecenus provenierint, quinimò diversa inconvenientia subsecuta sunt: Nos praemissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad allecitus nobis super hoc oblatas petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia & matura deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu de fide suspectos, quibusvis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia majori dignitate Ecclesiastica, seu praerogativa praefulgeant (Inquisitoribus seu commissariis super haereticis pravitatis ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione, dumtaxat exceptis) a quibusvis praedecessoribus nostris, ac nobis, & dicta sede Apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut majori poenitentiario nostro, vel quibusvis aliis, sub quibuscunque verborum formis & expressionibus, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis clausulis, irritantibusque & aliis decretis quomodolibet etiam motu & scientia similibus haecenus concessas, Apostolica auctoritate tenore praesentium revocamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, irritis, & penitus infectis quoad omnia habemus, & ab aliis haberi volumus: Distinctius inhibentes personis praefatis sub sententiis, censuris, & penis contra fides canonibus, quam a nobis & sede Apostolica haecenus inflicti & promulgati, ne de cetero facultatibus & licentias praedictas uti, aut earum prae-textu, seu alias quomodolibet libros praedictos, aut quoscunque alios haecenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere praesumant: Et in super omnes & singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quoscunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranos, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis & dicta sede quomodolibet, reprobatos, ex quavis causa etiam ex nostra & dictae sedis speciali licentia seu permissione penes se habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut praerogativa existant,

R.R.II 3

etiam si, ut praefertur, Pontificali aut alia quacunque etiam majori Ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant (dicitis inquisitoribus & commissariis, ut praefertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore praesentium requirimus & monemus, ac eis & eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae, & sub incursu haereticis ac omnibus contra haereticos de iure inflicti & promulgatae Ecclesiasticae quam temporalibus sententiarum, censurarum, & poenis, districte praecipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis praesentium, modo & forma infra scriptis faciendae computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica eis & eorum cuilibet in his scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranos aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos ex quavis causa, etiam mercaturae, & ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, ut praefertur, existentes, Inquisitoribus, haereticis pravitatis in civitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignare debeant realiter, & cum effectu. Ro. 3. Cal. Maji. 1550.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Libri typis non cunctantur nisi eorum editioni suffragetur ordinarius auctoritate & approbatio.

CAP. III.

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpetua cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est quod profecto desideranter exoptamus, ad id nostrae mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studio diligenter vigilamus. Sanè licet literarum peritia per librorum lectionem possit facilliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parva impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia per commode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, praefertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facillè evadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruire, fideliumque collegio, per doctrinam Christianae fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum querela nostrum & sedis Apostolicae pulsat auditum, quòd nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros tam Graecæ, Hebraicæ, Arabicæ & Caldae linguarum in Latinum translatos, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciosa dogmata etiam religioni Christianae contraria, aut contra formam personarum etiam dignitate praesument, ex quorum lectura non solum legentes non edificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita & moribus prolabantur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & majora indices exortiri formidantur. Nos itaque ne id quòd ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium salutis detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore diximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermiscantur: Volentes igitur de oportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi cò prosperetur feliciter, quòd deinceps indago solentior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quòd

de cetero perpetuis futuris temporibus, nulli licentiam aliquam, seu aliam quacunque impetrare, aut in nostra quam alii quibuslibet civitatibus & diocesis, imprimere, seu imprimi facere praesumant, nisi prius habeant per Vicarium nostrum, & facti Praesentium, vel alios vero civitatibus & diocesis, per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiam, libri seu scripturae huiusmodi imprimenda, ab eodem Episcopo, vel a Vicario, ac Inquisitore haereticis pravitatis contentione, & per eorum manus, peritiam scientiam, sub excommunicationis sententia gratis & sine dilatione imponenda, approbentur. Quod autem focus praesumptus, ultra librorum impressionem, & illorum publicam combustionem, ac conductorum fabricae basilicae Primatus Apostolice sedis, sine spe remissionis suspensionem, excommunicationis sententia innotatus existat, ac denum magis contumacia taliter per Episcopum sumam, vel Vicarium nostrum respectivè, per omnia sua nomina, & quaequid quòd alii eius exemplo similia minime extiterit praesumant. Rom. 4. Martii. 1550.

Fius Quartus.

Revocatur licentia auctoritate praesentium huiusmodi fides, librorum suspecta fidei legendi, nisi auctoritate approbata.

CAP. IV.

Quia in futurorum eventibus adeò humani fallit incertitudo iudicii, ut quòd verissimè creditur utile videbatur, progressu temporis damnum appareret: nonnunquam Romanus Pontifex, quòd consilium utile esse videbatur, consultis revocavit, prout etiam licentias & personarum qualitates pensata in Domino consilio salubriter expedit: Imo quoniam quibusdam quibusdam licentiarum secularium, & diversorum ordinum regulares, quàm laici, qui se Lutheranos, & alios huiusmodi haereticos restitisse, & eorum errores & fallas opinionum constitare posse praesumebant, & ad hoc ipsorum licentiarum libros legendi facultatem sibi à sede Apostolica concedi extorserant, selectione librorum huiusmodi decidendum, ut proprie inmitterent praesentibus, & contra Domini viam aberrantes, ipsorum haereticorum sententiam, & superfluous ac falsis adventionibus iterum extorserant, & qui alios ab erroribus revocare tenerent, & quòd considerantes, quòd Spiritus ubi vult spirat, & quòd ipse eius numine nullum bonum procihit, progressus tunc esse cum simplicitate cordis ad eum recurre, & cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis, & in sancta Romana Ecclesia approbatis libris exponere, quàm fallitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes praesentibus, quatenus quantum cum Deo possimus, occurrere. Auctoritate de cetero coningant, opportune providere, & licentias singulas licentias & facultates legendi librorum haereticorum, seu de haereticis suspectos, aut à nobis, seu quibuslibet deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos, quibus haereticis pravitatis in singulis prout in his scriptis, & quibuslibet tam clericis quam laicis, quibuslibet regularibus, quàm laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis conditionis, & praesententiae existat, & quibuslibet Abbatibus, Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Cardinalibus, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, & Cardinalatus honore, vel mundana etiam Mandata, Ducali, Regia, vel Imperiali auctoritate, seu exaltatione praesulgeant (generalibus inquisitoribus per nos, & decessores nostros, ac nos, etiam viva voce expressis, sedem praedictam, seu eius potentiam, & quaequid vel quovis ordinarios, aut diocesanos, seu alios, & quaequid

per litteras Apostol. in forma brevis, seu sub plumbio expeditas, sub quibusvis tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & infolitis causis seu preteritis, & aliis decretis, ac ex quibusvis causis seu preteritis, etiam in reu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica auctoritate, tenore presentium, revocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac viribus penitus vacuamus, & pro revocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easque nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus & singulis clericis & laicis, etiam, ut praefertur, qualificatis, non tamen generalibus Inquisitoribus praefatis, aut quibus hoc per nos specialiter injunctum fuerit, S. R. E. Cardinalibus, in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis latae sententiae, aliisque sententiarum, censuris & poenis Ecclesiasticis, & etiam temporalibus, in legentes libros hujusmodi haecenus latis & promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu singulis Inquisitoribus praefatis, praeterquam in moris articulo, absolvi possint, districtius inhibentes, ne libros hujusmodi ex quavis causa vel preterito, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere praesumant: ac mandantes eisdem sub censuris & poenis praedictis, ut infra terminum, eis a singulis Inquisitoribus hujusmodi per eorum publicum edictum locis assignandum publicis statuendum, libros ipsos officio inquisitionis haereticae pravitatis hujusmodi omnino consignent: Et qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum praedicto officio omnino revelent & notificent. Roma 12. Decemb. 1564.

Tit. IV. Ex Concilio Tridentino.

Libri haereticorum pessimos & contagiosos sunt non solum simpliciter, verum etiam bonis & doctis, nec ulla est via qua magis possit occurrere haereticis, nisi in populo evadant, & ne exorta ultra grassentur, quam si tales libri, ex quibus haereticis venenosa facula in caecum qui eibere possit, prohibeantur.

CAP. V.

Domini gregis custodia Domino disponente praeposita, vigiliis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminutibus periculis, quanta maxima possumus cura & diligentia praecavere, ne propter negligentiam nostram peccant oves, quae praecipuos Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptae. Et si autem quae ad fidei veritatem pertinebant, & ad horum temporum haereses confutandas pertinebant, in oecumenico & generali Concilio Tridentino, Sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerant, ut facile jam sit unicuique, sanam catholicamque doctrinam a falsa adulterinaque internocere: tamen cum librorum ab haereticis editorum electio non modo simpliciores homines corrumperet solum, verum saepe etiam doctos eruditosque in varios errores, & a veritate fidei catholicae alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus providendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederet index sive catalogus librorum, qui vel haeretici sint, vel de haeretica pravitate suspecti, vel certe moribus & pietati nocent, id negotium ad sanctam Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta Episcop. & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum indicem multos cum doctrina tum iudicio

a Concil. Trident. sess. 18.

insignes Praelatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, eum Indicem tandem, Deo juvante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Praedictum autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto Index nobis oblatas fuisset, ut ne ante ederet, quam a nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam probatissimisque Praelatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & praetera commodissime digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quae in eo improbantur, sive ut haeretica, sive ut de haeretica pravitate suspecta, sive ut pietatis ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac à Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, una cum regulis eius praepositis, auctoritate Apostolica, tenore presentium, approbamus, imprimimus, ac divulgari, & ab omnibus universitatibus catholicis, ac quibusvis aliis ubique suscipi, easque regulas observari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus & singulis tamen Ecclesiasticis personis secularibus & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis & dignitatis sint, quam laicis quocunque honore ac dignitate praeditis, ne quis contra eorum regularum praescriptum, aut ipsius praedictionem Indicem libros ullos legere, habere, aut audiat. Si quis autem adversus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui haereticorum libros, vel cuiuscunque auctoris scripta propter haeresim, vel falsi dogmatis suspitionem damnata atque prohibita legere, habere, vel ipso iure in excommunicationis poenam incidat: eamque ob causam in eum tanquam de haeresi suspectum inquiri & procedi liceat, praeter alias poenas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habuerit, praeter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severè se noverit puniendum. Romae 24. Mart. 1564.

Gregorius XIII.

Librorum prohibitorum lectio neq. ipsi sacra Theologiae professoribus ad corrigendos errores, neq. aliis quibusvis, demptis Inquisitoribus conceditur.

CAP. VI.

Cum pro munere, quod sustinemus, id praecipue nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentiaque curemus, ut omnes Christi fideles tam gravibus calamitosisque temporibus in recta & catholica fide contineamus, id agere & providere necesse est, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus Pontifex nonnumquam facultates aliquas, quas ipse vel praedecessores eius probabili aucti ratione concesserit, postea revocet, cum ipso rerum usu edoctus animadvertit, eas iustiore de causa esse revocandas. Ad notitiam nostram pervenit, ex data nonnullis licentia habendi, & legendi libros haereticos aut de haeresi suspectos, ad haereses & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos, non raro evenire solere, ut illi ipsi corum librorum lectio noceret, quibus ob eam causam concessum fuerit, ut aliis prodelle possent, ut illis ipsi haereticis & erroribus propter humane mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios revocatos esse consilii fuerant. Huic rei provideat, & animarum periculo, quantum fieri poterit, pro pastoralis sollicitudine occurrere cupientes, cogitatesque nobiscum, nuper in sacro generali Concilio haereticorum horum temporum ita confutata atque damnatae fuisset, ut tantae Synodi auctoritas, cujus decreta hujus sanctae sedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata & comprobata sunt, ad vitandus errores, & catholicae fidei

veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec ullius prerærea confutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum præsertim fœlicis recordat. Iulii Tertii, & Pauli Quarti vestigiis insistentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura, omnes & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus tam clericis secularibus aut regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia majori Ecclesiastica seu seculari dignitate præfulgeant. (Inquisitoribus & commissariis hæreticæ pravitatis à sede Apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis) à nobis aut quocunque prædecessorum nostrorum seu Apostolicæ sedis legatis, majorive poenitentiariorum vel quibuscunque aliis quibuscunque, verborum formis & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet etiam motu & scientia simili ad hoc tempus concessa, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus, & pro revocatis & irritis, perinde ac si nunquam concessa fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus sub censuris, sententiis & poenis, tam à sacris canonibus, quam à sede Apostolica ad hoc tempus constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti, nevé alios omninò libros huiusmodi improbatos & prohibitos, aut in posterum à sede Apostolica, Inquisitoribusve hæreticæ pravitatis, aut locorum ordinariis improbatos, prohiberi que conigerit, legere, habere, & quocunque de causa audeat. Impressores & Bibliopolas, & alios, quicunque ejusmodi libros, habent, habuerintve (Inquisitoribus & commissariis isdem duntaxat exceptis) monemus, & cuiuslibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poena incursum criminis hæresis, & alius contra hæreticos à jure inflicti & irrogati, tam Ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, & poenis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra 60. dies à die quo hæc litteræ publicatæ fuerint numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac preceptorio termino, & mentione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in civitatibus, in quibus il libri sunt, tradant atque consignent.

quam alter inveniat, & nulli fateri avertentium, & vel secus fecerit quasi auctor huiusmodi delicti poenis subiacet: nihilominus considerando, quòd poenis crescentè malitia, quam plures iniquitates huiusmodi poenitionis alumnus, poenas prædictas pariterque, quoad variis modis evitare solent, nisi tenentur erubescunt variis modis nonnullos Principes, & nobilitates, publicas & privatas personas, & honores, & convitiis afficere, eorumque fame & honoris detrimentum, sub quodam ficto colore quarundam litterarum auctore scriptarum, nedum ab urbe nostra, sed etiam in diversis provinciis, in quibus modum eo quæ in antiquaque regione successerunt avertantur, sed etiam in futurum quodam eorum temerario iudicio fore operantur, ad eodè usque plerumque odia, inimicitias, sectantes, & homicidia per multa oriantur, in divites, sanctos, & hominum animarum periculum, perniciosum quoque offensam, & scandalum plurimum. Volentes poenis quantum possumus gravitas quam Dei immensitate quòd plures poenarum gravitas quam Dei immensitate solet à voluntate delinquentium, & propterea poenarum occurrere volentes, ac tam nefario periculum de facinorosos homines atrocibus poenis torpescere, ut poenis poena: metæ huiusmodi præsentibus sententiis huiusmodi perpetuè & irrefragabilis constitutis, & canonici statutum, & poenis omnes tam temporales, & canonici statutum, & promulgatas auctoritate Apostolica approbata innovantes, ac ad omnes & singulos prædictos, qui sub illis comprehensi non essent, extendentes, & innovantes, statuimus & ordinamus, quòd deinceps poenis antea statutis nemo capillus quinotus, dignitas etiam Ecclesiastica, status, gradus, ordinis, & poenis poenis fuerit, & audeat nec præsumat libellos, litteras, nec litteras monitorias, vulgo appellatas, litteras & libellos, continentes convitiis, injurias, vel fame & honoris aliquis læsionem, nec aliquam scripturam in qua delictum successibus distinetur, vel ea que eorum nobis vel aliis ad universales Ecclesiæ status regimen deputatis tenent tractantur, revelentur, & componere, distare, scribere, exemplaria retinere, nec aliquod transmittere, etiam si aliunde ab aliis provinciis, civitatibus, terris & locis ad eorum manus pervenerint, sed statim quòd aliqui libellos libelli, litteræ, sive scripturæ, aliquid de eorum scripturam quòd illos seu illas habuerint, aut eorum vim eorum manifestaverit, corrumpere, seu igni tradere, vel lecto filio nostro Cardinali Ruffinaccio consignare, & lecto, sub poenis prædictis quæ hinc pro expressis haberi volumus, ac aliis etiam gravioribus, eorum vel eorum scripturæ, & confessionis bonorum, secundum quæ litterarum, & personarum, arbitrio nostro irremediabiliter investigandis, quibus poenis etiam eos ligare volumus, qui ad huiusmodi libellis, litteris, seu scripturis de aliquo obocultu fuerint, aut eorumque fame & honoris, vel eorum eorum primendo, detraxerint, ac eo que eorum nobis vel aliis ut supra secretò tractantur, revelentur: ex hoc eodem animo deprehendantur pravis injuriis, & contumeliis, atque idè eos eadem poena tenentur. *Id. de nob. de arbit. jud. cent. 3. cap. 109.*

TITULUS V.
DE LIBELLIS FAMOSIS.

Pius Quintus.

Libellorum famosorum auctores virulentis scriptis injuriis aliena fama clam detrahentes, & qui eos publicaverint, dolose malo renumurunt, poenis jure constitutis subiacentur.

CAP. I.

Romani Pontificis providentia circumspècta ad ea sollicitudinis suæ partes potissimum convertit, per quæ inter singulos gregis ejusdem fideles, præsertim verò nobis & Romanæ Ecclesiæ subditos, pax & concordia conserventur, seditiones evitantur, scandalis obviatur, & animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cadum causa, calamitatis sociæ, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum perniciës, atque perditionis origo, eaque potissimum ex injuriis verbo, vel scriptis, vel factis illatis nascatur: Nos qui non sine maxima mentis nostre perturbatione sæpenuerò accepimus, quòd licet tam per sacras leges, quam canonicas sanctiones, sub certis etiam gravissimis poenis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, & repositum sive domi, sive in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur, prius

Gregorius XIII.
Infames sint & ad crimines damnentur qui scripta in libellis contumeliam componunt, & de rebus secretis & perjuris eorumque rumores spargunt.

CAP. II.

Est rerum humanarum infidelitas, ut non veritas tantum vitia perniciter adversus omnem legum humanarum solentiam iustentur, & quavis atrocis contumeliam supplicis renascantur, sed nova etiam iudicis, & legum tribus secularibus nota succrescant. Quo nos, pro injuriis nobis divinis munere, diligentius admodum parati, & ad